Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nadit et oues eum sequuntur· quia
sciunt uocem eius· Alienum autem
nō sequuntur sed fugiunt abeo· quia
nō nouerunt uocem alienorum·
Hoc prouerbium dixit eis thesus
Ipsi uero nō cognouerūt quid loqueret
eis· Dixit ergo eis iterum thesus·
Amen amen dico uobis· quia ego sū
ostium ouium· Omnes quotquot
uenerunt fures sunt et latrones· sed
nō audierunt eos oues· Ego sum
ostium ouium· Per me si quis introierit
saluabitur et ingredietur· et egredi
etur et pascua inueniet· Fur nō uenit
nisi ut furetur· et mactet et perdat·
Ego aūt uenī ut uitam habeant et ha
bundantius habeant· Ego sum pastor
bonus· Bonus pastor animā suam
dat pro ouibus suis· Mercenarius
aūt et qui nō est pastor· cuius non
sunt oues propriae uidet lupum ve
nientem et dimittit oues et fugit et
lupus rapit et dispergit oues· Mer
cenarius aūt fugit· quia mercen
narius est· et nō pertinet ad eum de
ouibus· Ego sum pastor bonus· et
cognosco oues meas· et cognoscunt
me meae· Sicut nouit me pater
et ego agnosco patrem· et animā me
am pono pro ouibus meis· Et alias
oues habeo· quae nō sunt ex hoc ouili·
illas oportet me adducere et uocem
meam audient· Et fiet unum ou
ile· et unus pastor· Propterea pater
me diligit· quia ego pono animam
meam pro ouibus ut iterum sumā
eam· Nemo tollit eam a me· sed ego
pono eam a me ipse· Potestatem habeo
ponendi animam meam· et potestatem
habeo iterum sumendi eam· Hoc man
datum accepi a patre meo· Dissen
sio iterum facta est inter iudeos
propter sermones hos· Dicebant
autem multi ex ipsis· Demonium habet
et insanit· Quid eum auditis· Alii dicebant· haec uerba non sunt
demonium habentis· Numquid de
monium potest caecorum oculos ape
rire· Facta sunt autem encenia in he
rosolimis et hyemps erat· Et am
bulabat thesus in templo in porti
cu salomonis· Circumdederunt ergo
eum iudei et dixerunt ei· Quousque
animam nostram tollis· Si tu es
christus dic nobis palam· Respon
dit eis thesus· Loquor uobis et nō
creditis· Opera quae ego facio in no
mine patris mei· ipsa testimonium
perhibent de me· Sed uos nō credi
tis· quia nō estis de ouibus meis·
Oues meae uocem meam audiunt
et ego cognosco eas· et sequuntur me·
et ego uitam aeternam do eis· et nō pe
ribunt in aeternum· et nō rapiet eas
quisquam de manu mea· Pater meus
quod dedit mihi maius omnibus
est· et nemo potest rapere de ma
nu patris mei· Ego et pater unum
sumus· Sustulerunt ergo lapi
des iudei ut lapidarent eum· Res
pondit thesus· Multa bona opera
ostendi uobis ex patre meo· propter
quod horum opus lapidatis me·
Responderunt ei iudei· De bono
opere nō lapidamus te· sed de blas
phemia· et quia tu homo cum sis

260